Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tatem ⁊ magnos. Et egressi sunt inde
quid esset factum. Et venerunt ad the
sum. ⁊ videnti illum qui a demo
nio vexabat sedentem vestitum ⁊
sane mentis. Et timuerunt. ⁊ nar
raverunt illis qui viderant qualiter
factus esset ei qui demonium habuerat.
⁊ de porcis. Et rogare eum ceperunt
ut discederet a finibus eorum. Cumque ascen
deret navem cepit illum de pera
qui a demonio vexatus fuerat ut
esset cum illo. ⁊ non admisit eum.
Sed ait illi. Vade in domum tuam
ad tuos. ⁊ annuntia illis. quanta tibi
fecerit deus. ⁊ misericordiam sui tui. Et abi
it. ⁊ cepit predicare in decapoli. quan
ta sibi fecisset ihesus. ⁊ omnes mi
rabantur. Et cum transisset ihesus
in navicula trans fretum. venerunt
turba multa ad illum. ⁊ erat circa
mare. ⁊ venit quidam de archisy
nagogis nomine iaire. ⁊ videns
eum. cecidit ad pedes eius. ⁊ deprecabatur
eum multum dicens. Quia
filia mea in extremis est. veni
impone manus super eam. ut sal
va sit. ⁊ vivat. Et abiit cum illo.
⁊ sequebatur eum turba multa. ⁊
premebat illum. Et mulier quae
erat in profluvio sanguinis annis
xii. ⁊ fuerat multa passa a com
pluribus medicis. ⁊ erogaverat
omnia sua. nec quicquam profecerat.
sed magis deterius habebat. cum au
disset de ihesu. venit in turba retro.
⁊ tetigit vestimentum eius. Di
cebat enim. quia si vel vestimentum
eius tetigero. salva ero. Et statim
siccatus est fons sanguinis eius.
⁊ sensit corpore. quia sanata esset
a plaga. Et statim ihesus cognovit
in semetipso virtutem que exierat
de eo. Conversus ad turbam dicebat.
Quis tetigit vestimenta mea. Et
dicebant ei omnes discipuli eius.
Vides turbam prementem te. et
dicis. quis me tetigit. Et circum
spiciebat ut videret eam que hoc fecerat.
Mulier autem timens ⁊ tremens.
sciens quid factum esset in se venit ⁊ pro
cidit ante eum. ⁊ dixit ei omnem
veritatem. Ihesus autem dixit ei. filia.
fides tua te saluam fecit. vade in
pace. ⁊ esto sana a plaga tua. Ad
huc eo loquente. venerunt quidam
ad archisynagogum dicentes. Quia
filia tua mortua est. quid ultra
vexas magistrum. Ihesus autem au
dito quod dicebatur. ait archi
synagogo. Noli timere. tantum crede.
Et non admisit quemquam sequi se
nisi petrum. ⁊ iacobum. ⁊ iohannem
fratrem iacobi. ⁊ venerunt in domum
archisynagogi. ⁊ vidit tumultum.
⁊ flentes ⁊ ululantes multum. et
ingressus ait eis. Quid turbamini
⁊ ploratis. Puella non est mor
tua. sed dormit. Et irridebant eum.
Ipse vero eiectis omnibus assumpsit
patrem ⁊ matrem puelle. ⁊ qui
secum erant. Et ingressus ubi
erat puella iacens. Et tenens ma
num puelle. ait illi. Thabita chu
mi quod est interpretatum. Puella tu
bi dico surge. Et continuo surrexit
puella. ⁊ ambulabat. Erat autem
annorum xii. ⁊ obstupuerunt stupore
magno. Et preceptis illis vehemen
ter. ne quis id sciret. ⁊ iussit illi
dari manducare. Et egressus inde
ihesus abiit in patriam suam. ⁊ sequebantur
eum discipuli eius.